





G.28 num. 24. 449.

1762, 8.

CONSUMTOS  
EX QVIBVS LOCVPLETIOR EXISTIT  
FRVCTVS AN RESTITVERE TENEATVR  
BONAE FIDEI POSSESSOR

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRAE S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SUPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.  
LIPSIENS. ADV.

IN AUDITORIO ICTORVM

D. VI. MAII A. C. MDCCCLXII


AD DISCEPTANDVM

PROPONIT

FRIDERICVS GOTTLLOB KLVGIVS

REICHENB. VARISC.

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEIMIA



GONZAVMOS

EX GULIAZ LOCALITATI EXISTIT  
LUGA ZAYAN RISULI ZER TITILLATUR

СИДИЛОССОВСКИЙ СИДИЛОССОВСКИЙ

СИДИЛОССОВСКИЙ СИДИЛОССОВСКИЙ

СИДИЛОССОВСКИЙ СИДИЛОССОВСКИЙ

D HENR GODOLIO BALEO

SARDE GUR SPOVINGE LIT GOVILAT

САРДЕ ГУР СПОВИНГЕ ЛИТ ГОВИЛАТ



FRVCTVS CONSVMTOS  
EX QVIBVS LOCVPLETIOR EXISTIT  
AN RESTITVERE TENEATVR  
B. F. POSSESSOR.



§. I.  
**S**i quod iuris caput interpretum, nostræ pariter aetatis, pariterque, qui ante nos per tria et quod excurrit, retro secula vixerunt, vexatum fuit exagitatumque disceptationibus, est sane bonaे fidei possessoris circa fructuum perceptorum eorumque consumtorum restitutionem obligatio. Mea quidem sententia haec est, ut, exule, inter naturales stricte sic dictos, et industriaes fructus, differentia, in iudicio singulari rei vindicationis, vel alijs eiusmodi, nullum ius petitori contra bonaе fidei possessorem, intuitu consumtorum fructuum, tribuam, et si hic locupletior ex iis adhuc existat, tribuam tamen in iudicio vniuersali, quatenus versio in rem possessoris durat. Idque Iuri Romano consentaneum non abhorrete a Germaniae consuetudinibus existimo.

Dissentient  
interpretes  
circa restitu-  
tionem fru-  
ctuum ab f.  
possessore  
præstandam.

Exponitur  
vera senten-  
tia.

§. II.

Igitur in iudicio singulari bonaе fidei possessorem a restitutione lucri, quod ex fructibus consumtis cepit, et si illud adsit, immunem iudico, sequor enim leges, quae diserte hanc thesin loquuntur. Satis clara et indubia est

A 2

§. 35.



§. 35. I. d. R. D. vbi IVSTINIANVS rei vindicationem contra eum, qui bona fide fundum emerit, institutam ad fructus consumtos non pertinere dicit, hos enim possessori, pro cultura et cura, cedere aequum esse. Idemque P A V L V S in l. 4. §. 2. D. Fin. Regund. et l. 4. §. 19. D. d. Vsurp. et Vfuc. nec non GAIUS in l. 28. D. d. Vsur. confirmant.

## §. III.

*Aliter de fructibus ex tantibus habendum est.*

Vt vel idem de extantibus habendum esse ex citt. II. 4. §. 19. d. Vsurp. et Vfuc. et l. 28. d. Vsur. videatur, vbi GAIUS et P A V L V S fructus pecudum, statim, atque percepti sint, pleno iure bonae fidei possessori cedere dicunt, vt vfuscatione, prout P A V L V S monet, opus non sit, iungitque GAIUS bonae fidei possessori vfuscuarium, simulque adeo, eodem vtrumque vti iure, inquit. Quod vero ad illam §. 19. l. 4. d. Vsurp. et Vfuc. attinet, hacc est ICti sententia, vt innuat, possessorem bonae fidei ipso facto perceptionis, sive separationis ab illa re aliena, fructuum intelligi dominum, non, prout intuitu ipsius rei, bonae fidei possessorem, vt mediante demum vfuscatione ad acquirendum dominium opus sit. Hoc vero dominium hac perceptione quaesitum, consumtione demum irreuocabile fieri, sive consumtione, quia pretium in locum rei in singularibus non succedit, efficiendum esse, vt ius domini intuitu fructuum penitus evertatur, ipse declarat in l. 4. §. 2. D. d. Fin. Regund. A malae fidei possessore vero, licet, ex hac ipsa ratione, quod neque res, neque pecunia in locum rei succedit in singularibus, cit. l. 4. §. 2. et l. 7. in fin. D. qui posterior. in pign. aequo minus vindicari possint consumti fructus, recte condicuntur, quia dolus nemini debet patrocinarri.

## §. IV.

## §. IV.

Igitur GAIUS quoque in cit. l. 28. d. Vsur. dum iungit bonae fidei possessorem vsufructuario, intuitu fructuum perceptorum, nondum consumtorum, hoc tantum voluisse censendus est, ut vtrumque dominum dicat, non, ut, eosdem effectus vtriusque dominium producere, affirmet, quod per haec tenus citata iuris capitula in primisque per legem 22. C. d. R. V. concedi non potest, scimus enim generi per speciem derogari, et earum potissimum legum habendam esse rationem, quae ad speciem directae sint v. l. 80. D. d. R. I.

## §. V.

Neque tamen solam consumtionem puto ad euerten-  
dum ius domini idoneam, ut potius idem vsucaptione  
buendum esse existimem. Quum enim viderimus, separa-  
tione a re principali, adeoque perceptione fieri, ut accessorii  
naturam fructus exuant, ipsisque res principales euadant,  
consequitur, si bonae fidei possessor per triennium, ex  
Iure Romano, vel per annum Saxonicum, ex Iure Saxonico,  
possederit fructus, prioris domini ius euanisse. Quod  
partim ex cit. l. 4. §. 19. d. Vsur. colligimus, partimque  
ipsius rei ratio demonstrat, quum, quae de consumtis fru-  
ctibus, fauore bonae fidei possessoris, in iure constituta  
sint, in eius inuidiam detorqueri non debeant. Fructus vero  
rei mobilis, vel etiam immobilis fere vsucaptae, sine dubio  
statim, quo tempore vsucaptione quaesita est ipsa res princi-  
palis, quia tum plane prioris domini ius euanuit, acquiruntur.

## §. VI.

Consumtio ipsa, quam vidimus perpetuum et irre-  
vocabile ius bonae fidei possessori, ante perductam pree-  
scri-



scriptionem, tribuere, aliter in vniuersali hereditatis petitionis iudicio intelligitur. Ex re singulari quippe percepti fructus consumti habentur statim, ex quo dominium eorum in aliud, aut gratis, aut pro alia re, vel pretio, loco eorum, accepto, in aliud translatum est. Hanc enim eorum significationem ex eo, quod extantibus opponuntur, cit. l. 4. §. 2. D. F. R. iung. l. 9. §. 2. D. d. SCt. Macedon. l. 9. §. 5. in fin. d. Iur. et fact. ign. et, quod vidimus, pretium in locum rei in singularibus non succedere, colligimus.

### §. VII.

*Alia tenenda  
esse de fra-  
ctuum con-  
sumtione in  
hereditatis pe-  
titione, proba-  
tur.*

Alia omnia de possessore hereditatis dicenda sunt, ex qua quum percepti fructus hereditatem, si ab eo possideatur, a quo peti potest, augeant, v. l. 2. C. d. Petit. heredit. et pretium pro rebus hereditariis acceptum ipsum intelligatur hereditarium l. 22. D. d. Heredit. petit. necessario tum demum consumti ii, atque adeo a restitutione immunis habendus erit bona fidei possessor, si vel ex titulo lucrativo eos in aliud transtulit, vel, quod pro iis pretium aliamue rem accepit, neque ipsum, neque per aliud surrogatum in eius patrimonio existit, neque alia ratione vtile ei fuit, si forte creditori suo soluerit, seque ab obligatione liberauerit, vt locupletior factus esse videatur, v. l. 23. l. 25. pr. et §. 1. D. d. Heredit. Petit. l. 70. §. 3. l. 71. l. 72. D. d. Legat. II. l. 1. 2. C. d. Petit. Hered. l. 17. D. de eo quod. met. caus.

### §. VIII.

*Refutatur  
sententia  
Carpzouii*

Nihil vero contra nos efficiet CARPZOVIVS def. 28. ad Conf. El. XXXII. Part. III. qui, quae haecenius de possessore hereditatis diximus, aequa ad rerum singularium possessores pertinere defendit, vocatis in auxilium mox cito

tatis

tatis legibus, formataque ex iis regula generali; consumptum non esse, quod in corpore patrimonii retineatur, et, ex quo quis factus sit locupletior. Hanc vero consumptorum notionem, secundum ea, quae praemisi, facile omnes consentient, non ad singulare rei vindicationis, verum ad vniuersale hereditatis petitionis iudicium pertinere. Contrarium quidem euincere studet CARPOZOVIVS l. 20. C. d. I. D. et l. 8. C. d. Donatt. int. vir. et vxor. quibus marito fructus do-  
tis vxori donatos, quatenus haec locupletior ex iis exsiftit, repetere conceditur. At enim uero hae leges hu-  
c plane non pertinent, nec notionem consumptio-  
nis fructuum, sed naturam donationis inter coniuges sicut sunt, quam si do-  
nans ex in pauperior, donatariusque locupletior sit, non  
subsistere, notissimi iuris est.

### §. IX.

Hisque Carpzouii argumentis infirmius etiam est il-  
lud HARTM. PISTORIS Lib. III. Qu. 25. qui argumenta iu-  
ris fortissima, quibus sententiam meam firmaui, verborum,  
quae bilem omnibus mouebit, prolixitate, solo aequitatis  
praecepto, quo, neminem cum damno alterius fieri debere  
locupletiorem docemur, sibi infirmare, eoque id efficere  
videtur, bonae fidei possessorem, quatenus versio in rem  
duret, et si fructus ipsi non supersint, domino obligari. At  
enimuero annon integrum de vsucapione et praescriptione  
iuris caput, annon circumuentiones, ad dimidium usque  
veri pretii, in emtionibus permisae, an non innumerā alia  
iuris nostri capita illud aequitatis praeceptum offendere vi-  
dentur? Et quis putauerit, controversiam iuris, intuitu cu-  
ius disertis legibus et argumentis iuris non destituimur, se-  
cundum praecepta aequitatis, quae nouimus admodum  
falla-

*Refelluntur  
argumenta  
Hartm. Pisto-  
ris.*

fallacia, esse dirimendam? Taceo imaginariam esse hanc aequitatem, dominumque, qui nouit, bonae fidei possessorem fructus iure suo, id est, quasi dominii percipere, v. L. 48. D. d. A. R. D. suosque irreuocabiliter facere consumtione, cit. l. 4. §. 2. Fin. regund. negligentiam committere, quod rem suam non citius vindicat, atque adeo potius, nullam domino iniuriam fecisse, habendum esse bonae fidei possessorem, qui iure suo vsus fuerit.

## §. X.

*Refutatur de-*  
*nique Schilter*  
*et ius nouissi-*  
*mum exponi-*  
*tur.*

Neque adeo SCHILTERO assentior, qui *Exercitat.* ad Pand. XVI. §. 56. PISTORIS CARPOVH que excogitatam a BARTOLO sententiam, quam agnoscit Iuri Romano contraria, Germanorum consuetudinibus consentaneam arbitratur, cum potius, amice hac in re veterem Germaniam cum Iure Romano conspirare, ex Lib. II. Art. 44. *Iur. Prou. Sax.* colligere posse mihi videar, conf. WERNHER P. I. Obs. CCCXVIII. MENCKEN. ad Pand. Lib. VI. Tit. I. §. VII. et SCHAVMBVRG. in *Annot. ad Struui Iurisprud.* L. II. Tit. I. apb. 54. n. x. Hanc vero perpetuam ICtorum contiouersiam prudentissimo consilio Serenissimus Llator Saxonicus ita diremit, simulque inextricabiles litium ambages ex iuris communis dispositione obortas praecidit *Decis. Nouiss. 2. d. ao. 1746.* vt, abrogata extantes inter atque consumitos fructus differentia, bonae fidei possessorem ad praefstandam aestimationem fructuum, per annum, malae fidei possessorem vero, per triennium a tempore litis motae retro computandum, perceptorum, a prudenti oeconomio definiendam, obligaret, simulque impensas fructuum necessarias aequae determinandas detrahere permetteret.




**ULB Halle**  
006 385 451

3







CONSUMTOS  
EX QVIBVS LOCVPLETIOR EXISTIT  
FRVCTVS AN RESTITVERE TENEATVR  
BONAE FIDEI POSSESSOR  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
PRAESIDE  
D. HENR. GODOFREDO BAVERO  
SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.  
LIPSIENS. ADV.  
IN AVDITORIO ICTORVM  
D. VI. MAII A. C. MDCCCLXII  
AD DISCEPTANDVM  
PROPONIT  
FRIDERICVS GOTTLLOB KLVGIVS  
REICHENB. VARISC.

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEIMIA

